

1320 dis¹ manibus sacrum | C. Caesio Q. f. Ter. Nigr. | ex prima admissione¹, | ex qua[*t*]tuor decuris¹, | curio minor. | Caesia C. I. Theoris | patrono | et sibi.

Romae (VI 2469 semel iterumve descripta saec. XVI). — 1) [Titulus cum positus sit aetate Augusti vel Tiberii (nam C. Caesar quintam decuriam addidit), hunc Nigrum significat alteri utri fuisse amicum primae admissionis (Mo.)].

Praefecti praetorio.

1321 Vasiens. Vóc.¹ | patróno, | Sex. Afranio Sex. f. | Volt. Burró | trib. mil., proc. Augus[*t*]ae², proc. Ti. Caesar., | proc. divi Claudii, | praef. pra[e]tori³, orna[m^{ent}]is consular.

Vasione (Vaison) provinciae Narbonensis rep. (XII 5842 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) Vasienses Vocontii. — 2) Intellegitur Livia. — 3) Praefectus praetorio fuit Afranius Burrus a. 54—62 (cf. Hirschfeld Verwaltungsgesch. p. 220, 42). Eum non solum patronum Vasiensium fuisse, sed etiam oriundum Vasione ex tribu Volinia collegit Hirschfeld.

1322 I. o. m. | C. Nym[ph]idius | Sabinus | [pr]ae[f.] . . .

Prope Brigetonem (III 4269 semel descripta saec. XVIII). — In tanta nominis Nymphidii raritate, cum accedat non solum Sabini cognomen, sed etiam C. praenomen, probabile est hunc esse C. Nymphidium Sabinum (de praenomine constat ex t. VI 6621) praefectum praetorio Neronis; is potest in Pannoniam venisse praefectus alae. Servus eius nominatur in titulo urbano VI 6621.

1323 Ti. Claudio | Liviano pr. pr., | amico optimo.

Romae (VI 1604 vidit Mommsen). — Claudius Livianus praefectus praetorio fuit Hadriani (Dio 68, 9; vita Hadr. 4 cum emendatione Hirschfeldii Verw. p. 224; cf. VI 748. XIV 3439. 4091, 50).

1324 Q. Marcio Turboni | Frontoni Publicio | Severo¹ praef. praet. | imp. Caesaris Traiani | Hadriani Augusti p. p., | colon. Ulp. Traian. Aug. | Dacia Sarmizegetus.

Sarmizegetusae in Dacia (III 4462). — 1) Hadriani amicus et praefectus praetorio (vit. Hadr. 5. 6. 7. 9. 15; Dio 69, 48; Fronto ad Ant. Pium 3 p. 163 Nab.; Eusebius hist. eccl. 4, 2). Eiusdem fuit titulus Tiburtinus XIV 4243.

1325 M. Gavio M. f. | Palat. Maximo | praef. praet.¹, | consularibus orna[m^{ent}]is² ornato, | Ti. Claudius | Firmus p. p. | ex cornicular.³ | ipsius, | l. d. d.

Firmi Piceni (IX 5358 saec. XVI ineunte semel vel bis descripta). — 1) Eidem dedicati sunt praeterea Firmi tituli IX 5359. 5360 mutili, Treviris Brambach 798, Solvae in Norico III 5328. Praefectus praetorio fuit sub Pio per annos viginti (vit. Pii 8, 7) certe annis 139. 140. 142. 143, testibus titulis positus a militibus urbanis infra editis. Occurrit etiam apud Frontonem (ad Ant. Pium 4, p. 167 Nab.). — 2) De ornamentis consularibus praefectorum praetorio Pii cf. vit. Pii 10. — 3) Primpilaris ex corniculario.